SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 271r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift





Gedeon contuit hostes suos derisores spinis et tribulis

Isaias fuit serratus Jeremias lapidatus
Amos per tempora transfixus Ezechiel excerebratus
Paulus ter virgis cesus semel lapidabatur
Quinquies quadragenas vna minus accipiens decollabatur
Stus Jacobus mr qui dr intercisus minor
Vebratim fuit cultris et nouaculis diuisus
Bartholomeus fuit excoriatus petrus apostolus crucifixus
Laurencius assatus petrus mr gladio confixus
Et si possent hec mo singula tormenta enarrari
Tn omnia non possent minime pene infernum comparari
Omnia ista tormenta sunt transitoria et breuia
Sed tormenta dampnatorum sunt infinita et perpetua
Vrunt enim igne qui nunquam extinguetur
Et rodunt vrme qui nunquam moriuntur
Vermis iste non est putandus materialis
Quia ibi non erit vita alicuius animalis
Vermis ergo iste est remorsus conscientie
Qui mordebit animas dampnatorum sine fine
Ibi erit assumptus demonum terribilis
Frigus et stridor dentium fames et sitis
Clamor et horror timor et tremor
Vincula et carcer sulphur et fetor
Inuidia et maledictio fumus et tenebre
Pudor et confusio lamentatio et lacrime
Desperatio liberationis et omnis consolationis
Nulla intermissio continue punitionis
Vindicta dei contra dampnatos iam narrata